



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

§. 2. Sit ne obiectum fidei euidenter credibile

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

à posteriori est, quia inde sequeretur fidem nostram nullam firmitatem habere. Nam cum omnis eius firmitas in divina revelatione sita sit, si hæc falsa esse posset, quæ firmitas in fide haberetur? Unde enim constare culibet posset in tali, vel tali revelatione vñm fuisse Deum iam omnipotentia, & falsum pro vero reuoluisse? Quapropter Scriptura ad Rom. 3. & Num. 23. aliter de Deo ac de homine loquitur; & de homine dicit esse mendacem, non quia omnis homo mentitur, sed quia potest mentiri; at de Deo e contra dicit esse veracem, hoc est, taliter veram esse, vt nequaquam mendacium, & falsum dicere posset; aliàs si mentiri posset, & fallere, æquè esset mendax, & fallax ac verax.

3 Neque obstat ratio dubitandi. Nego enim non implicare contradictionem. Et

Ad primam probationem admitto assensum falsum peccatum non esse, nego tamen mouere ad illum non esse peccatum, quia est contra rectam rationem; recta enim ratio dicitur neminem esse decipiendum, nisi deceptio permitti posset.

Ad secundam probationem dico, ex eo quod ipse Deus hominem deciperet mouendo ad assensum falsum, manifestè inferri mentiri, quia esto ille homo inieris loquatur per iudicium illud falsum: at ipse Deus exterius per tale iudicium loquitur, & ipsi Deo, tanquam auctori præcipuo tribuitur, & cum loquatur aliter, quam habet in suo diuino intellectu, mentitur; aliàs si Deus per reuelationes factas Prophetis non diceretur loquutus, falsò assereret Paulus ad Hebr. 1. *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens in Prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, &c.*

Ad tertiam probationem respondeo assensum fidei diuinæ causare assensum conclusionis falsam; non ratione sui, sed ratione falsæ præmissæ, quæ ei adiungitur, quia cum conclusio sequatur debiliorem partem, & vna ex præmissis falsa sit, ipsa potest in consequens falsitatem deriuare. Per se autem nullo modo causat assensus fidei conclusionem falsam, sed solum occasionaliter, sicut ait Coninch. *disput. 10. dub. 4. num. 82.* Si iaceres sagittam in scopum, & Petrus illam deflexerit, vt Ioannem occideret; occiso Ioannis non potest dici à te per te causata, sed potius à Petro, qui sagittam deflexit, sic in præfenti.

PUNCTUM IV.

Quod, qualisque sit obiectum materiale fidei.

Obiectum materiale voco, quidquid fide diuina credendum est: credi autem debet, quidquid à Deo fuerit reuelatum. Quod tamen hoc sit, paucis explicabo.

§. I.

Sine obscuritas de ratione obiecti fidei.

- 1 Hoc obiectum debet esse non visum.
- 2 Stante cognitione euidenti de aliquo obiecto, qui tenent te non posse de illo habere fidem.
- 3 Probabilis est oppositum.
- 4 Satisfit contrariis rationibus.

VT certa ab incertis separemus, certum est apud omnes Doctores Catholicos obiectum fidei, quatenus fidei est, esse non visum, id est, per fidem ipsam non videri, neque euidenter cognosci; constat ex Paulo ad Hebr. 11. ibi, *Fides, inquit, est sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparentium.* quæ sanè verba saltem in sensu formali vera esse debent. Item ad credendum fide diuina requiritur specialis motio Spiritus sancti, Trident. *sess. 6. cap. 6.* at ad credendum, & assentiendum obiectis euidentiibus hæc motio non requiritur: ergo.

2 Quare difficultas solum est, an stante cognitione euidenti de aliquo obiecto possis illius habere fidem.

Plures Doctores negant, sic D. Thomas 2. 2. *quæst. 1. artic. 4. & 5.* & ibi Caietan, & Bannes, Scotus in 3. *dist. 24. quæst. vnicæ, §. ad questionem, in fine.* & §. si aliter loquamur. Rich. ibi qu. 5. Capreol. *dist. 2. quæst. vnicæ, art. 2. conclus. 1. & 2.* Mouentur primò, quia ea quæ euidenter cognoscuntur, absolute apparent; ergo cum fides sit non apparentium, vt ait Apost. esse non potest de euidentiibus. Secundo de ratione fidei est, vt ita reuelatis assentiatur, vt possis eis dissentire, quia aliàs meritorius actus non esset: at si euidentiã illorum habes, dissentire nequaquam potes. Ergo fides cum euidentiã compati non potest. Tertio scientia, & opinio de eodem obiecto non videntur esse posse simul, quia ne quis eodem obiecto cum formidine, & sine formidine assentiatur, sed non minus pugnant euidentiã, & incipientiã. Ergo fides cum euidentiã esse non potest. Quarto ideo in Beatis non datur fides, quia Deum vident facie ad faciem, Ergo cum euidentiã stare fides non potest.

3 Nihilominus probabilis existimo te credere posse fide diuina omnia illa mysteria, quorum euidentiã habes. atque adeò fidem cum scientiã compati posse, sic Albertus Magnus in 3. *dist. 24. artic. 9.* & ibi Bonauent. *artic. 2. quæst. 3. Gabr. quæst. vnicæ, art. 2. conclus. 3.* Valentia alios referens *tom. 3. disp. 1. quæst. 1. punct. 4. pag. 64.* Suarez *tom. 2. in 3. part. disp. 19. sect. 2. in fine.* Coninch. *de fide, disput. 11. dub. 1. conclus. 2. n. 15.* Ratio est, quia plura proponuntur credenda fide diuina, quorum euidentiã habere potes, videlicet Deum esse vnum, esse sapientem, esse fidelem, & potentem promissa adimplere, & similia: sed ex horum cognitione euidenti non potest fidei exercitium, aliàs deterioris esset conditionis homo doctus indocto, Ergo. Minorem probo. Nam accedentibus ad Deum, siue doctis, siue indoctis, proponitur fide diuina credendum; quia est, & quia inquirentibus se remunerator sit, ad Hebr. 11. Sed posset contingere, quod saltem de esse Dei quis euidentiã habeat. Ergo talis euidentiã obesse ei non potest, quod minus fide diuina id ipsum credat.

4 Non obstant argumenta opposita. Concedo ea, quæ euidenter cognoscuntur esse apparentia non vnde quæque, sed ex vi illius cognitionis, quæ euidenter cognoscuntur, quoniam autem cognoscuntur ex alia obiecta, & incipientiã, apparentia non sunt. Quocirca cum Apostolus dicit fidem esse argumentum non apparentium, intelligendum est formaliter, hoc est, esse argumentum non apparentium ex vi talis cognitionis, & secundum rationem, quæ ipsa nititur: & in hoc sensu explicandus est Augustinus *tractatu 40. in Ioannem*, vbi dicit. Quid est fides, nisi credere, quod non vides? Fides est, quod non vides, credere, veritas, quod credidisti, videte. & *tract. 79. in Ioannem*, hæc est laus fidei; si quod creditur, non videtur; intelligendus enim est formaliter, & ex vi rationis, quia ipsa fides nititur. Similiter etiam explicandus est Gregorius *hom. 1. 6. in Euang.* cum dicit, neque fides habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum; non habet, inquam, meritum ex experimento; sed ex reuelatione, quæ nititur.

Ad secundum nego de ratione fidei esse, vt possis reuelatis dissentire absolute, sufficit, si possis eis dissentire ex vi illius rationis, quæ ipsa fides nititur. Item ad libertatem, & meritum non requiritur potentia ad dissentiendum, sufficit, si potentiam habes ad non assentiendum, vt rectè expieuit Coninch. *disp. 13. dub. 4. num. 38.*

Ad tertium nego scientiam, & opinionem simul esse non posse: cum enim sub diuersa ratione procedant, nulla inuenitur repugnantia. Quod autem ex Durand. notat Valentia 2. 2. *disput. 1. quæst. 1. punct. 4. §. ac potest, pag. 66.* scilicet assensum opinatiuum, & scientificum, & assensum scientificum, & supernaturalem fidei sola ratione differre, mihi non probatur: sicuti neque Suarez *disputatione 3. de fide, §. in fine 9. ad numero 7.* Non enim intelligere possim, quæ ratione idem assensus possit falsò subesse, & non subesse, & esse euidens, & euidentiã carere, et si sub diuersa ratione feratur. Adde si realiter idem esset assensus opinatiuus, & scientificus, & assensus scientificus, & fidei diuinæ; assensus opinatiuus rationem formalem obiectiuam fidei attingeret, quia necessaria esset illius cognitio. Ergo implicat esse opinatiuum, hoc est, de se incertum, cum diuino testimonio nitatur, et si simul nitatur ratione humano.

Ad quartum dico in Beatis non dari fidem, quia loco fidei supernaturale lumen gloriæ succedit, quod nequaquam contingit vicariis. Adde in hac vita solum posse euidentiã haberi de aliquibus obiectis, quæ per fidem diuinam creduntur, non de omnibus. Ergo erat necessaria fides tum pro illis, quæ naturali lumine cognosci non possunt, tum etiam pro illis, quæ per euidentiã cognoscuntur, vt illorum cognitio meritorea sit.

§. II.

Sine obiectum fidei euidenter credibile.

- 1 Variis rationibus probatur obiectum fidei esse euidenter credibile.
- 2 Proponuntur varia obiecta, & si illis satis.
- 3 Non est necessarium, vt quis fide diuina credat cognoscere euidenter fidei credibilitatem.

Licet obiectum fidei obscurum sit, & incipientiã: at esse euidenter credibile mihi indubitatum est. Vicariis rationibus hæc veritas comprobatur à Doctoribus. Iam eas congerit Valent. *disput. 1. quæst. 1. punct. 4.* Bannes *artic. 4. dub. 4.* Coninch. *disput. 11. de fide, dub. 3.* Præcipua est, quæ sumitur, tum ex prophetiã, tum ex miraculis; tum ex stabilitate religionis, tum ex sanctitate eorum, qui eam profitentur. Et primo ex prophetiã non leue argumentum sumitur esse euidenter credibile non firmitatem, siquidem multis antea sæculis pronuntiata iust à Prophetis, quæ Christo conuerterent, vt rectè expendit Prosper. *lib. de prædicationibus, & pronuntiationibus Patriarcharum, & Euseb. Cæsarialis, in lib. de Euangeliis, demonstrat. Augustinus libro 18. de*

de Unitate Dei, cap. 2. Clemens Romanus lib. 5. constit. Apost. cap. 6. ac contingencia futura non possunt certo praedicti nisi a Deo. Ergo a Deo sunt haec contingencia praedicta. Ergo euidenter est idem illis esse adhibendum. Secundo ex miraculis constat fidem nostram dignam esse pra omnibus aliis fectis creditu; quia nulla est secta, in cuius confirmationem similia miracula parata sunt; non enim mortui sunt resuscitati, neque caeci illuminati, sicuti passim factum est in confirmationem nostrae religionis. Ergo nostra religio euidenter est credibilior. Neque enim credi potest Deum in confirmationem falsitatis tot miracula paraturum; aliis obicere ei possent fideles se ab illo esse deceptos, vt bene dixit Richardus Victorinus libro 1. de Triuit. cap. 1. Quod si omnia miracula proteue neges, negare non potes esse maximum miraculum, tot regna, & prouincias suscipere religionem Christi anam abique miraculo: sicuti expendit August. in 12. de ciuit. Dei c. 5. Tertio ex stabilitate religionis, contra quam neque Reges, nec Principes tyranni, neque haeretici, neque idolorum cultores, neque Philosopherum arguti, neque potaetatem poterant, neque poterant paruales. Quod non leue argumentum est diuinae potentiae tam vt sibi propriam defendens, quam vt luminat euidenter credibilitatem nostrae fidei ex stabilitate eorum, qui eam profitentur, & ex constantia Martyrum, qui pro ea palliunt. Quae enim secta est, aut fuit in mundo, quae tot viros, & totas angelicam vitam degentes habuerit, tot fuerit Martyruius illustata, tot praclaris hominibus decorata? Ergo euidenter est haec esse a Deo hominibus datam viam, vt possint ad finem aeternitatis peruenire.

Sed obicitur primo. Si haec argumenta probant fidem nostram esse euidenter credibilem, probant etiam esse euidenter veram, quia non alia via probamus veritatem nostrae fidei, quam suspensio motiui, & argumentis. Si igitur illa probant euidenter dignam esse creditu, probant euidenter veram esse. Atqui euidenter esse non potest in fide, Ergo haec argumenta non probant euidenter eius credibilitatem.

Respondeo, est supradictis rationibus, & motiuis, veritas nostrae fidei probatur, non tamen eodem modo probatur, ac probatur eius credulitas, eius enim credulitas euidenter probatur, non hic veritas. Et ratio differentiae est, quia credulitas consistit in eo, quod digna sit creditu: at res, quae in se inuidentur, & contingens, potest euidenter esse digna creditu. Ergo siate optime potest euidenter credibilitatis, abique euidenter veritatis. Ergo rationes probantes euidenter credibilitatis, non probant euidenter rem ita esse, sed obiectum, & inuidentem, & qualis in se est, relinquunt.

Obicitur secundo. Si supradictae rationes euidenter persuadent fidem esse sequendam, quomodo tot haeretici, & pagani, quibus haec rationes proponuntur, illam reiciunt?

Respondeo illam reicere: tum quia supradictarum rationum efficaciam non callent, malitia, & prauis moribus excaecati, iuxta illud Sapient. 1. Excaecauit eos malitia eorum & 2. Corinth. 4. Deus huius saeculi excaecauit mentes infidelium, vt non fulgeat in eis illuminatio Euangelij gloriae Christi: tum quia cum vim rationum percipiunt, malitia tamen, & affectu erga se aut suos magistros nolunt illam acceptare.

Obicitur tertio. Supradictae rationes ad summum probant omnia, quae per fidem proponuntur, digna esse creditu: at esse digna creditu fide diuina non videntur probare. Ergo non sunt mysteria fidei euidenter credibilia fide diuina.

Respondeo non solum probare supradictas rationes mysteria fidei esse digna creditu, sed esse digna creditu fide diuina. Quia probant esse mysteria reuelata a Deo, quibus merito cotidatus, & prudens debet assentiri, non tamen est euidenter, fide diuina te assentiri.

Aduerto tamen non esse necessarium, vt quis fide diuina credat, euidenter cognoscere eius credibilitatem; sufficit, si aliquo modo eam cognoscat: hac enim ratione rudes, & igno- rantes a maioribus instructi assentiantur mysterijs fidei, quia sibi persuadent in re graui non esse decipiendos, quae tamen persuasio non constituit euidentiam credibilitatis fidei, esto ex illa aliquantulum deduci possit, sic Valent. disp. 1. quast. 1. punct. 4. sine, pag. 96.

§. III.

Quae sint obiecta fidei.

- 1 Nullum est aliud praeter contentum in symbolo Apostolorum, sacris litteris, & Apostolicis traditionibus.
- 2 Propositum obiecto, & sit satis.
- 3 Nulla veritas Ecclesiae, credenda proponitur fidelibus ad salutem necessariam, quae Apostolicis incognita fuerit.
- 4 Propositum obiecto ex variis Scripturae locis.
- 5 Fit illi satis.

Reuiter respondere possumus esse ea, quae in symbolo Apostolorum, sacris litteris, & Apostolicis traditionibus continentur. Neque alia successu temporis fidelibus credenda

proponuntur, vt satis colligitur ex Trident. sessione 4. Nam licet Ecclesia in dies illuminetur propositione, & explicatione plurimum veritarum, quae antea erant incognitae, & abstrusae non iam inueniuntur in aliqua veritate, quae in sacris litteris, & traditionibusque Apostolicis contenta expressae, vel virtualiter non sit. Et ratio est manifesta, quia alius diuinitus Christus Dominus processit, si suis discipulis, & magistris totius orbis necessario credenda ad salutem non manifestaret, sic Diuus Thomas communiter receptus 2. 2. quast. 1. artic. 7. & ibi Caietanus, & Bannes. Valentia disp. 1. quast. 1. punct. 6. praeterea ad 3.

2 Neque obstat Ecclesiam habere auctoritatem non solum definiendi, & explicandi aliqua esse reuelata; sed etiam proponendi fidelibus ea, quae de nouo reuelata sunt. Quia licet Ecclesia gaudeat praerogatiua nouas reuelationes recipiendi, vt testatur Valent. punct. 1. & punct. 6. ad 3. quod Bannes artic. 7. conclus. 1. in fine, non placet existimat namque Ecclesiam non indigere nouis reuelationibus, sed solum gaudere assentientia Spiritus sancti in explicatione eorum, quae reuelata sunt, non tamen gaudere praerogatiua recipiendi reuelationem de aliquo mysterio, quod Apostolicis, & Ecclesiae magistris reuelatum non fuit, atque adeo semper verum est eadem esse obiecta fidei, neque in dies augeri.

Neque etiam obstat plures fieri posse reuelationes a Deo de rebus contingentibus, tum Pontifici, tum aliis singulis personis, quas diximus terminare posse fidem, si ab Ecclesia proponerentur credenda; quia haec non sunt obiecta fidei necessaria ad salutem in singulari; nisi quatenus videntur auctoritate Pontificis, quem credere debemus errare non posse in propositione eorum rerum, quas ad salutem animae conuenientes esse desinit. Hac ratione credendum nobis est sanctos canonizatos esse in caelis, religiones has approbatas esse viam securam ad salutem.

Neque obinde fit alia esse obiecta fidei, quae in sacris litteris non continentur virtualiter; continentur enim omnia haec obiecta in sacris litteris, non in singulari & expressae, sed virtualiter, & per euidentiam consequentem: cum enim in sacris litteris contentum sit errare non posse Pontificem in declaratione eorum; quae ad mores vniuersales Ecclesiae proponit, & ipse proponat Sanctum aliquem colendum vt beatum, & in caelis degentem, & religionem aliquam, vt securam salutis viam; efficitur sane haec omnia sacris litteris virtualiter contineri.

3 Ex hac doctrina fit primo nullam ab Ecclesia veritatem fidei credendam fidelibus proponi, de his quae pertinent ad salutem, quam Apostoli clarius, & expressius non cognouerint. sic Diuus Thomas 2. 2. quast. 106. artic. 4. ad 1. & 2. 2. quast. 1. artic. 7. dub. 2. vbi contrarium asserere erroris nota inuenit. late probat VValden. lib. 2. doctrinalis fidei, cap. 22. & 23. an. lib. 2. de locis, cap. 7. & lib. 4. c. 4. Alphonsus a Castro in sua summ. lib. 1. c. 8. Valent. disp. 1. quast. 1. punct. 6. §. bis non obstantibus & §. ad 3. pag. 101. Videtur manifeste probari ex illo Ioan. 14. Paraclitum quem Pater mittet in nomine meo, ille vos docebit omnia, &c. & Ioan. 15. Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecumque audiuisti a Patre meo, nec feci vobis, & Ioan. 16. Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Si igitur aliqua veritas necessaria ad salutem superesset, quam Spiritus sanctus Apostolos non doceret, fallax esset Christi promissio, quod absit.

4 Dices. Spiritus sanctus, cum super Apostolos descendit, non docuit illos omnem veritatem absolutam, sed quae visa fuit pro illo tempore necessaria: at successu temporis aliam, & aliam veritatem eis manifestauit. Ergo ex illis locis non satis inferitur Apostolis omnem veritatem fidei esse manifestatam, sed esse manifestatam, quae pro illo tempore necessaria erat. Antecedens probari potest tum ex illo Act. 10. vbi Petrus, & alij Apostoli non videntur satis cognouisse admitti posse incircumcisos ad fidem: a quo dubio, seu ighorantia liberati sunt visione illius lineae de caeco in tetram missi, in quo erant quadrupedia, &c. & voce facta: Occide, & manduca. tum ex cap. seq. vt reliqui Apostoli, & fideles inceptabant Petrum, quare introierit ad viros incircumcisos, & manducari cum eis? Ipsique Apostoli, etsi dispersi fuerint per varias regiones, occasione exortae persecutionis; post mortem Stephani non ausi sunt fidem Gentibus praedicare, sed solum Iudaeis. Tum etiam Act. 15. magna fuit contentio in Concilio illo congregato Hierosolymis, an Gentiles admittendi ad fidem circumcidi deberent; qui quiescere non potuerunt, quouique Petrus dixit, visum est Spiritui sancto, & nobis nihil imponere, &c. at veritas haec summe ad salutem petnebat. Ergo non omnem veritatem ad salutem Spiritus sanctus Apostolis manifestauit, cum super illos descendit.

5 Responderi primo posset admittendo Apostolos non fuisse plene instructos in omni veritate ad salutem necessaria, cum super illos Spiritus sanctus descendit, sed non obinde sequitur, non verificari Spiritum sanctum, cum descendit, docuisse illos omnem veritatem: docuit namque illos omnem veritatem, non in illo tempore instanti, in quo visibilis apparuit, sed in reliquis in quibus inuisibilis apud illos exiit. Cui explicationi fauet communis modus loquendi, scilicet enim amico te mis-

DE
ASTRO
PALATI
TON,
IIII
E.V.